in theſauris abyſſos. Timeat do
minū oīs terra: ab eo aūt cōmo/
ueantur oēs inhabitātes orbem.
Qm̄ ipſe dixit ⁊ facta ſūt: ipſe mā
dauit ⁊ creata ſunt. Dñs diſſipat
ꝯſilia gentiū. reprobat autē cogi/
tationes ꝑplōꝝ: ⁊ reprobat ꝯſilia
principū. Conſilium autē dñi in
eternū manet: cogitationes cor/
dis eiꝰ in generatiōe ⁊ generatio/
nē. Beata gens cuius eſt dñs de/
us eius: populus quē elegit in he
reditatē ſibi. De celo reſpexit do/
minꝰ: vidit oēs filios hoīm. De
ꝑparato habitaculo ſuo: reſpexit
ſup oēs q̄ habitāt terrā. Qui fin/
xit ſingillatim corda eoꝝ: q̄ intelli
git oīa opa eoꝝ. Non ſaluat rex
ꝑ multā virtutē: ⁊ gigas non ſal/
uabitur in multitudine virtutis
ſue. Fallax equus ad ſalutez: in
abundātia aūt virtutis ſue non
ſaluabitur. Ecce oculi dñi ſuper
metuētes eū: ⁊ in eis qui ſperāt
ſup miſcdia eiꝰ Ut eruat a morte
aīas eoꝝ: ⁊ alat eos i fame. Ani/
ma noſtra ſuſtinet dñm: qm̄ adiu
tor ⁊ ꝓtector noſter eſt. Quia i eo
letabitur cor noſtrū: ⁊ in noīe ſan
cto eius ſperauimꝰ. Fiat miſcdia
tua dñe ſup nos: quēadmodum
ſperauimus in te. ¶Ps. xxxiij
Benedicā dñm in omni tpe:
ſemp laus eius in ore meo.
In dño laudabitur aīa mea: au/
diāt manſueti ⁊ letētur. Magni/
ficate dñm mecū: ⁊ exaltemꝰ no/
mē eiꝰ in idipſum. Exquiſiui do/
minū ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex oībus
tribulationibꝰ meis eripuit me.
Accedite ad eū ⁊ illuminamini:
⁊ facies veſtre non ꝯfundentur.
Iſte paup clamauit ⁊ dñs exau/
diuit eū: ⁊ ex omnibꝰ tribulatiōi/
bus eiꝰ ſaluauit eū Immittet an
gelus dñi in circuitu timentiū eū
⁊ eripiet eos. Guſtate ⁊ videte q̄
niā ſuauis eſt dñs: beatꝰ vir qui
ſperat in eo. Timete dñm oēs
ſancti eiꝰ: qm̄ nō eſt inopia timen
tibus eū. Diuites eguerūt ⁊ eſu/
rierunt: inquirētes autē dñm nō
minuentur oīni bono. Venite fi/
lij audite me: timorez dñi docebo
vos. Quis eſt hō qui vult vitam:
diligit dies videre bonos. Prohi
be linguā tuā a malo: ⁊ labia tua
ne loquātur dolū. Diuerte a ma
lo ⁊ fac bonū: inquire pacē ⁊ per/
ſequere eā. Oculi dñi ſup iuſtos:
⁊ aures eiꝰ in pces eoꝝ. Vultꝰ au
tē dñi ſup facietes mala: vt pdat
de terra memoriā eoꝝ. Clama/
uerūt iuſti ⁊ dominus exaudiuit
eos: ⁊ ex omnibus tribulatōnibꝰ
eorum liberauit eos. Iuxta ē do/
minus his qui tribulato ſunt cor:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de: ꝛ humiles ſpū ſaluabit. Mul-
te tribulationes iuſtoꝝ: et de hijs
oībus liberabit eos dominꝰ. Cu/
ſtodit dn̄s oīa oſſa eoꝝ: vnū ex his
nō ꝯteretur. Mors peccatoꝝ peſ/
ſima: ꝛ qui oderūt iuſtū delinq̄nt
Redimet dn̄s aīas ſeruoꝝ ſuo
rū: ꝛ non delinquent oēs qui ſpe
rāt in eo. Glia. Añ. Rectos decet
collaudatio. ¶ Ps. xxxiiij.
IUdica dn̄e nocētes me: expu
gna impugnātes me Apꝑ/
hende arma et ſcutū: et exurge in
adiutoriū mihi. Effunde frameā
ꝛ ꝯclude aduerſus eos q̄ pſequū/
tur me: dic aīe mee ſalus tua ego
ſum. Confundant ꝛ reuereātur
querētes aīam meā. Auertātur
retrorſum ꝛ ꝯfundant: cogitātes
mihi mala. Fiant tanq̄ puluis
ante faciem vēti: et angelus dn̄i
coartans eos. Fiat via eoꝝ tene/
bre ꝛ lubricū: et angelus dn̄i pſe/
quēs eos. Qm̄ gratis abſconde/
rūt mihi interitū laquei ſui: ſup/
uacue exprobauerūt aīam meã.
Veniat illi laqueꝰ quē ignorat ꝛ
captio quā abſcondit apprehēdat
eū: et in laqueū cadat i ipſo. Ani/
ma aūt mea exultabit i dn̄o: ꝛ de/
lectabitur in ſalutari ſuo. Om̄ia
oſſa mea dicēt: dn̄e quis ſilis tibi.
Eripiēs inopē de manu fortioꝝ
eiꝰ: egenū et pauperē a diripien/
tibus eū. Surgētes teſtes iniq̄:
que ignorabā interrogabant me
Retribuebāt mihi mala pro bo/
nis: ſterilitatē aīe mee. Ego aūt
cū mihi moleſti eſſent: induebar
cilicio Humiliabā in ieiunio ani
mā meā: ꝛ oratio mea i ſinu meo
cōuertetur. Quaſi ꝓximū quaſi
fratrē noſtrū ſic cōplacebā: quaſi
lugēs ꝛ cōtriſtatꝰ ſic humiliabar.
Et aduerſum me letati ſunt ꝛ cō/
uenerūt: cōgregata ſunt ſup me
flagella ꝛ ignoraui. Diſſipati ſūt
nec cōpuncti tēptauerūt me ſub/
ſannauerūt me ſubſannatione:
frenduerunt ſup me dentibꝰ ſuis
Dn̄e qn̄ reſpicies reſtitue aīam
meā a malignitate eoꝝ: a leonibꝰ
vnicā meā. Confitebor tibi i eccle
ſia magna: i ꝑplo graui laudabo
te. Non ſupgaudeant mihi q̄ ad
uerſant̄ mihi inique: q̄ oderunt
me gratis ꝛ annuūt oculis. Qm̄
mihi quidē pacifice loquebātur:
ꝛ in iracūdia terre loquētes doloſ
cogitabāt. Et dilatauerūt ſuper
me os ſuū dixerūt: euge euge vi/
derūt oculi noſtri. Vidiſti dn̄e ne
ſileas: dn̄e ne diſcedas a me. Ex/
urge ꝛ intende iuditio meo: deus
meꝰ ꝛ dn̄s meꝰ in cauſam meam.
Iudica me ſcd̄m iuſticiā tuā: dn̄e
ds̄ meꝰ: ꝛ nō ſupgaudeant mihi.
Nec dicant i cordibꝰ ſuis euge eu
ge aīe nr̄e: nec dicāt deuorabimꝰ
eū. Erubeſcant ꝛ reuereant̄ ſil̄: q̄
gratulant̄ malis meis. Induan/
tur ꝯfuſione ꝛ reuerētia: q̄ mali-
gna loquūtur ſup me. Exultent
ꝛ letent̄ q̄ volūt iuſticiā meā: ꝛ di/
cāt ſemp magnificet̄ dn̄s q̄ voluit
pacē ſerui eiꝰ. Et lingua mea me
ditabit̄ iuſticiā tuā: tota die lau/
dem tuam. ¶ Ps. xxxv.
DIxit iniuſtus vt delinquat i
ſemetipo: non eſt timor dei
ante ocl̄os eiꝰ. Qm̄ doloſe egit in
ꝯſpectu eiꝰ: vt inueniatur iniqui/

tas eius ad odiū. Verba oris eiꝰ
iniq̄tas et dolus: noluit intellige
re vt bene ageret. Iniquitatē me
ditatꝰ eſt in cubili ſuo: aſtitit om̄i
vie nō bone maliciā aūt nō odiuit
Dn̄e i celo miſcđia tua: ⁊ veritas
tua vſqꝫ ad nubes. Iuſticia tua ſi
cut montes dei: iudicia tua ſicut
abyſſus multa. Hoīes ⁊ iumēta
ſaluabis dn̄e: queādmodū multi
plicaſti miſcđiam tuaꝫ deꝰ. Filij
aūt hoīm: in tegmine alaꝝ tuarū
ſperabūt. Inebriabunt̄ ab vber/
tate domꝰ tue: ⁊ torrēte volupta/
tis tue potabis eos. Qm̄ apud te
eſt fons vite: ⁊ in lumīe tuo vide/
bimus lumē Pretēde miſcđiam
tuā ſcientibꝰ te: ⁊ iuſticiā tuā hÿs
qui recto ſunt corde Non veniat
mihi pes ſupbie: et manus pctō/
ris non moueat me. Ibi ceciderūt
qui opātur iniq̄tatē: expulſi ſunt
nec potuerūt ſtare. Gl̄a pa. Añ.
Expugna impugnantes me.

Noli emulari ¶ Ps̄. xxxvj.
in malignantibus: neqꝫ ze/
lauerís faciētes iniquitatē. Qm̄
tanq̄ fenuꝫ velociter areſcent: et
queādmodum olera herbaꝝ cito
decident. Spera in dn̄o ⁊ fac bo/
nitatē: ⁊ inhabita terrā ⁊ paſceriſ
in diuitÿs eiꝰ. Delectare in dn̄o:
⁊ dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuela dn̄o viā tuā: et ſpera in
eo ⁊ ip̄e faciet. Et educet quaſi lu
mē iuſticiā tuam et iudiciū tuum
tanq̄ meridiē: ſubditꝰ eſto dn̄o et
ora eū. Noli emulari in eo q̄ pro/
ſperatur in via ſua: in hoīe faciē/
te iniuſticias. Deſine ab ira ⁊ de/
relinque furorē: noli emulari vt
maligneris. Qm̄ qui malignan/
tur exterminabunt̄: ſuſtinentes
aūt dn̄m ipi hereditabūt terram
Et adhuc puſillum ⁊ nō erit pec/
cator: et queres locū eiꝰ ⁊ non in/
uenies. Manſueti autē heredita
būt terrā: et delectabunt̄ in mul/
titudine pacis. Obſeruabit pec/
cator iuſtum: et ſtridebit ſup euꝫ
dentibus ſuis. Dn̄s aūt irridebit
euꝫ: qm̄ ꝓſpicit qđ veniet dies eiꝰ.
Gladiū euaginauerūt pctōres:
intenderunt arcū ſuū. Vt decipi
ant pauperē et inopē: vt trucidēt
rectos corde. Gladius eoꝝ intret
in corda ipſoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ ꝯfrin/
gatur. Melius ē modicū iuſto: ſu
per diuitias pctōꝝ multas. Qm̄
brachia pctōꝝ cōterent̄: cōfirmat
aūt iuſtos dn̄s. Nouit dn̄s dies
īmaculatoꝝ: ⁊ hereditas eoꝝ ine/
ternū erit. Non ꝯfundent̄ in tpe
malo. et in diebꝰ famis ſaturabū
tur: q2 pctōres peribūt. Inimici
vero dn̄i mox vt honorificati fue/
rint et exaltati: deficientes quem
admodū fumꝰ deficiēt. Mutuabi
tur peccator et nō ſoluet: iuſtꝰ au
tē miſeret̄ et retribuet. Quia be/
nedicētes ei hereditabūt terram:
maledicentes aūt ei diſperibunt.
Apud dn̄m greſſus hoīs dirige/
tur: ⁊ viā eius volet. Cum cecide
rit nō collidet̄: q2 dn̄s ſupponit ma
nū ſuā. Iunior fui etem̄ ſenui: et
nō vidi iuſtū derelictū nec ſemen
eiꝰ querēs panē. Toto die miſe/
retur ⁊ cōmodat: ⁊ ſemē eiꝰ in bn̄/
dictiōe erit. Declina a malo ⁊ fac
bonū: ⁊ inhabita in ſeclm̄ ſeculi.
Quia dn̄s amat iudiciū et nō de/

relinquet ſanctos ſuos: in eternū
ꝯſeruabūtur Iniuſti punientur
et ſemē impioꝝ peribit. Iuſti au/
tē hereditabunt terrā: ⁊ inhabi/
tabūt in ſc̄l'm ſeculi ſuper eaꝫ. Os
iuſti meditabit̄ ſapiam: ⁊ lingua
ei⁹ loquetur iudiciū. Lex dei ei⁹
in corde ipſi⁹: ⁊ nō ſupplantabunt̄
greſſus ei⁹. Conſiderat peccatoꝛ
iuſtum: ⁊ querit moꝛtificare euꝫ.
Dn̄s autē non derelinquet eū in
manib⁹ eius: nec dānabit eum cū
iudicabitur illi. Expecta dn̄m et
cuſtodi viā ei⁹ ⁊ exaltabit te. vt he
reditate capias terrā: cū perierit
pctōres videbis. Vidi impiū ſuꝑ
exaltatū: ⁊ eleuatū ſicut cedros li
bani. Et tranſiui ⁊ ecce non erat:
queſiui eū ⁊ non eſt inuent⁹ locus
ei⁹. Cuſtodiui innocentiā et vide
equitatē: quoniā ſūt reliquie ho/
mini pacifico. Iniuſti aūt diſperi
būt: ſimul reliquie impioꝝ interi
bunt. Salus aūt iuſtoꝝ a dn̄o: et
ꝓtectoꝛ eoꝝ in tp̄e tribulationis.
Et adiuuabit eos dn̄s ⁊ liberabit
eos et eruet eos a pctōꝛibus ⁊ ſal/
uabit eos: q꞉ ſperauerūt in eo.

Domine ne in ¶ Ps̄. xxxvij.
furoꝛe tuo arguas me: neqꝫ
in ira tua coꝛripias me. Quoniā
ſagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ ꝯfir
maſti ſuꝑ me manū tuam. Non
eſt ſanitas in carne mea: a facie
ire tue nō eſt pax oſſib⁹ meis a fa/
cie pctōꝝ meoꝛū. Quoniā iniqui/
tates mee ſupergreſſe ſunt caput
meū: et ſicut onus graue graua/
te ſunt ſuper me. Putruerunt ⁊
coꝛrupte ſunt cicatrices mee: a fa
cie inſipientie mee. Miſer factus
ſum ⁊ curuatus ſum vſqꝫ in finē:
tota die cōtriſtatus ingrediebar.
Quoniā lumbi mei impleti ſunt
illuſionib⁹: ⁊ non eſt ſanitas ī car
ne mea. Afflictus ſum ⁊ humili/
atus ſum nimis: rugiebam a ge/
mitu coꝛdis mei. Dn̄e ante te om
ne deſideriū meū: ⁊ gemit⁹ meus
a te nō eſt abſcondit⁹. Coꝛ meū cō
turbatū eſt. dereliquit me virtus
mea: ⁊ lumē ouloꝝ meoꝝ. ⁊ ipm
non eſt mecū Amici mei ⁊ ꝓximi
mei: aduerſum me appꝛopinqua
uerūt et ſteterūt. Et qui iuxta me
erāt de longe ſteterūt: ⁊ vim facie
bāt qui q̄rebant aīam meā. Et q̇
inq̇rebant mala mihi locuti ſunt
vanitates: ⁊ dolos tota die medi/
tabantur. Ego aūt tanq̄ꝫ ſurdus
non audiebaꝫ: ⁊ ſicut mutus non
aperiēs os ſuum. Et fact⁹ ſum ſi
cut hō non audiēs: ⁊ nō habēs in
oꝛe ſuo redargutiones. Qm̄ in te
dn̄e ſperaui: tu exaudies me dn̄e
de⁹ meus. Quia dixi neqn̄ ſuper/
gaudeāt mihi inimici mei: ⁊ dum
cōmouent̄ pedes mei. ſuꝑ me ma
gna locuti ſunt. Qm̄ ego ī flagel/
la patus ſum: ⁊ doloꝛ me⁹ in con/
ſpectu meo ſemꝑ. Qm̄ iniq̇tateꝫ
meā annunciabo: ⁊ cogitabo pꝛo
pctō meo. Inimici aūt mei viuūt
⁊ cōfirmati ſunt ſuꝑ me: ⁊ multi/
plicati ſunt q̇ oderūt me inique.
Qui retribuūt mala ꝓ bonis de/
trahebāt mihi: qm̄ ſequebar bo/
nitatem. Ne derelinquas me do
mie de⁹ meus: ne diſceſſeris a me
Intēde in adiutoꝛiū meū dn̄e: de
us ſalutis mee. Gl'ia. Añ. Reue
la dn̄o viam tuā. ¶ Sequit̄ ꝑ totuꝫ

annū qñ noct. cū ꝑcibus ſeruat᷑. pre-
ter in aduē. et. xl. ꝟ. Dñe in celo mi/
ſericordia tua. Et veritas tua vſ/
qꝫ ad nubes. ¶ In aduē. et. xl. d᷑ h
et ſiliter in ſubſeqntib⁹ ferijs ali⁹. ꝟ.
vt in loco ſuo. Finito ꝟ. d᷑ Pat nr̄.
flexis genib⁹. Deinde ſurgēdo legū
tur bñdictiões et lectiões. ⁊c. vt bre/
uiari⁹ docet in locis ſuis. Siˡr mō fi
at etiā in ſeqntib⁹ ferijs. Te deum.
nunqꝫ ꝑ annū d᷑ feriat᷑ dieb⁹ qñ no/
ctur. ſeruat᷑. ¶ Ante laud. ꝟ. Fiat mi
ſericordia tua dñe ſup nos. Que/
admodū ſperauim⁹ in te. ¶ Iſte ꝑ
dictus ꝟ. d᷑ añ laud. ſinglis diebus
feriat᷑ qñ noct ſeruat᷑ cū ꝑcibus ꝑ an
nū ꝑter in aduen. et. xl.

## Ad laud. feria ſcda

¶ Ite ad laud. ſcdis ferijs ꝑ aduent᷑
qñ noct. ſeruat᷑ vſqꝫ ad q̄rtaꝫ dñicaꝫ
aduen. et ab octa. epi. vſqꝫ ad dñicaꝫ
palmarū. et ab octa. penth. vſqꝫ ad
aduē. dicunt᷑ pſ. et añ. vt ſequit᷑. Si/
militer dōm de ſubſeqntib⁹ ferijs qꝫ
tum ad ad añ. et pſ. earū. ¶ Pſ. l.

MIſerere mei deus: ſcḋm ma
gnā miſcdiaꝫ tuā. Et ſcḋm
mltitudinē miſerationuꝫ
tuarū: dele iniquitatē meā. Am
plius laua me ab iniqtate mea: ⁊
a pctō meo mūda me. Qm̄ iniqui
tatē meā ego cognoſco: ⁊ peccatū
meū cōtra me eſt ſemp. Tibi ſoli
peccaui: et malū corā te feci. vt iu/
ſtificeris in ſermonib⁹ tuis: ⁊ vin
cas cū iudicaris. Ecce eni iniqui/
tatibus cceptus ſum: et in pecca/
tis ccepit me mat᷑ mea. Ecce enī
veritatē dilexiſti: incerta ⁊ occul/
ta ſapiētie tue manifeſtaſti mihi.
Aſpges me dñe yſopo ⁊ munda/
bor: lauabis me et ſup niuē deal/
babor. Auditui meo dabis gau/
diū et leticiā: ⁊ exultabūt oſſa hu/
miliata. Auerte faciē tuā a pctis
meis: et oēs iniquitates meas de
le. Cor mundū crea in me deus:
⁊ ſpm̄ rectū innoua in viſceribus
meis. Ne ꝓiicias me a facie tua:
et ſpiritū ſanctū tuū ne auferas a
me. Redde mihi leticiā ſalutaris
tui: et ſpū principali ↄfirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ im
pij ad te ↄuertent᷑. Libera me de
ſanguinib⁹ deus de⁹ ſalutis mee:
⁊ exultabit lingua mea iuſticiam
tuam. Dñe labia mea aperies: ⁊
os meū annūciabit laudeꝫ tuam.
Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū de
diſſem vtiqꝫ: holocauſtis nō dele/
ctaberis. Sacrificiū deo ſpūs cō/
tribulat⁹: cor ↄtritū et humiliatū
de⁹ nō deſpicies. Benigne fac do
mine in bona volūtate tua ſyon:
vt edificent᷑ muri hierlm. Tūc ac
ceptab ſacrificiū iuſticie oblatões
⁊ holocauſta: tūc iponēt ſup alta
re tuū vitulos Gl̄a. Añ. Miſere
(re mei dṡ.

VErba ¶ Pſ. v.
mea aurib⁹ ꝑcipe dñe: intel
lige clamorē meum. Intēde voci
orois mee: rex me⁹ ⁊ dṡ me⁹ Qm̄
ad te orabo dñe: mãe exaudies vo
cē meā. Mane aſtabo tibi ⁊ vide/
bo: qm̄ nō dṡ volēs iniqtatē tu es
Neqꝫ hitabit iuxta te malignuſ:
neqꝫ ꝑmanebūt iniuſti añ oculos
tuos. Odiſti oēs q̄ opant᷑ iniqta/
tē: ꝑdes oēs q̄ loquunt᷑ mendaciū
Virū ſanguinū ⁊ doloſuꝫ abomi
nabitur dominus: ego autem in
multitudine miſericordie tue In

troibo in domū tuaꝫ: adorabo ad
templū ſanctū tuū in timore tuo.
Dñe deduc me in iuſticia tua ꝑ/
pter inimicos meos: dirige in cō/
ſpectu tuo viā meaꝫ. Qm̄ non eſt
in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanuꝫ
eſt. Sepulchꝛ pateſ ē guttur eo
rū: linguis ſuis doloſe agebāt iu
dica illos deꝰ. Decidāt a cogitati/
onibꝰ ſuis ſcḋm multitudinē impie
tatū eoꝝ expelle eos: qm̄ irritaue
rūt te dñe. Et letētur oēs qui ſpe/
rāt in te: in eternū exultabūt ⁊ ha
bitabis in eis. Et gl'iabūtur in te
oēs qui diligūt nomē tuū: q̄niam
tu bñdices iuſto. Dñe vt ſcuto bo
ne volūtatis tue: coronaſti nos.
Gl'ia. Añ. Intellige clamorem
meū dñe. Deinde. ps̄. Deus deus
meꝰ ad te. vt s̄. fo. vj. Añ. Deꝰ de/
us meꝰ ad te de luce vigilo.

¶ Sequitur canticum Eſaie. xij.

Confitebor tibi dñe quoniaꝫ
iratus es mihi: ꝯuerſus eſt
furor tuꝰ ⁊ ꝯſolatꝰ es me. Ecce de
us ſaluator meꝰ: fiducialiter agā
⁊ nō timebo Quia fortitudo mea
⁊ laus mea dñs: ⁊ factꝰ eſt mihi i
ſalutē. Haurietis aq̄s in gaudio
de fontibꝰ ſaluatoris: ⁊ dicetis i il
la die ꝯfitemi dño et inuocate no/
mē eiꝰ. Notas facite i ꝑplis adin/
uentiōes eiꝰ: memētote quoniaꝫ
excelſum eſt nomen eiꝰ. Cantate
dño q̄niam magnifice fecit: annū
ciate hoc in vniuerſa terra. Exul
ta ⁊ lauda habitatio ſyon: qꝛ ma/
gnus in medio tui ſanctꝰ iſrael.
Gl'ia. Añ. Ecce deꝰ ſaluator me
us. Deinde. ps̄. Laudate dñm ḋ ce.
Re. fo. vij. Añ. Laudate dñm ḋ

celis. ¶ Sequit̄ hymnꝰ vt infra pre
ter i aduē. et. xl. ¶ Nota ſequēs hym
nus et alij hȳni i ſeq̄ntibꝰ ferijs poſi
ti dicunt̄ ꝑter i aduē. et. xl. ad laud. i
ſuis ferijs q̄n nocṫ. cū ꝑcibꝰ ſeruatur
ab octa. epiph. vſqꝫ ad dn̄icaꝫ primā
in. xl. et ab ocṫ. penth. vſqꝫ ad aduē.

Splendor dn̄i. ¶ Hymnꝰ.
Splendor paterne gl'ie de luce lucē ꝓ/
ferēs lux lucis ⁊ fons luminis di/
es diē illuminās. Veruſqꝫ ſol illa
bere micans nitore ꝑpeti iubarqꝫ
ſcti ſpūs infunde nr̄is ſenſibꝰ. Vo
tis vocemꝰ ⁊ prēm patrē ꝑhēnis
gl'ie prēm potētis gr̄e culpā rele/
get lubricā. Informet actꝰ ſtren/
nuos dentē retūdat inuidi caſus ſe
cūdet aſperos donet gerēdi gr̄aꝫ.
Deo pr̄i ſit gl'ia eiuſqꝫ ſoli filio cū
ſpū paclito ⁊ nūc et imꝑpetuum.
Amē. ¶ Capm. j. Corinth. vj. ca.

Empti enim eſtis p̄cio ma
gno: glorificate ⁊ portate
deum i corde ⁊ corpore ve/
ſtro. Deo gratias. V. Repleti ſu/
mus mane miſcdia tua dñe. Exul
tauimꝰ ⁊ delectati ſumꝰ in oībus
diebꝰ nr̄is. ¶ Hoc cap. et v. dr ꝑ to
tū annū ad maṫ. ferialibꝰ diebꝰ q̄n
ſeruat̄ nocṫ. cū ꝑcibꝰ excepto i aduē.
et. xl. ¶ Sup benedꝰ. Añ. Bn̄dictuſ
ds̄ iſrl'. Deinde Kyriel. ⁊c. vt infra
¶ Nota q̄n nocṫ. cū ꝑcibꝰ ſuat̄ a lxx
vſqꝫ ad paſcha et ꝑ aduē. dn̄i. tūc dr
tā in hac feria qꝫ i ſubſeq̄ntibꝰ ferijs
añ. ſup bn̄d. ex euāgel'. vt breuiariꝰ
in locis ſuis docet. Alias dicunt̄ añ.
ſup bn̄. h in pſalterio i ſingul' ferijs
ſignate ab ocṫ. epi. vſqꝫ ad lxx. et ab
ocṫ. penth. vſqꝫ ad aduē. dn̄i. ¶ Fini
ta vo añ ſup bn̄d. imediate dr flexis

genib⁹ qñ nocč. cuz pcibus ſeruatur
Kyriel. ter. Xpeel. c. Kyriel. c.
Pr nr. Et ne. Deinde preces ſequē-
(tes.
Ego dixi dñe miſere
re mei. Sana aiam meā
q̄ꝛ peccaui tibi. Oremus
p oi gdu eccliē. Sacerdotes tui
induant̄ iuſticia: Et ſci tui exultēt
Pro paſtore nr̄o. Beat⁹ q̄ intelli
git ſup egenū ⁊ pauperem: in die
mala liberabit eū dñs. Pro rege
nr̄o. Dñe ſaluū fac regē: ⁊ exaudi
nos in die qua inuocauerim⁹ te.
Pro antiſtite nr̄o. Dñs ꝯſeruet
eū ⁊ viuificet eū: ⁊ btm̄ faciat euz
in terra: ⁊ nō tradat eū in aiaz ini
micoꝝ ei⁹. Pro cūcto pplo catholi
co. Saluū fac pplm tuū dñe: ⁊ bn̄/
dic hereditati tue ⁊ rege eos ⁊ ex/
tolle illos vſqꝫ in eternū. Pro pa
ce ⁊ vnitate eccliē. Fiat pax in vtu
te tua: ⁊ abūdantia in turrib⁹ tu-
is. Pro uobiſmetipſis. Fiat mīa
tua dñe ſup nos: quēadmodū ſpe
rauim⁹ in te. Pro iter agētibus
O dñe ſaluos eos fac o dñe bn̄ ꝓ/
ſperare: bn̄dict⁹ q̄ venit i noīe dn̄i
Pro nauigātib⁹. Exaudi nos ds
ſalutaris nr̄: ſpes oim finiū terre
⁊ i mari lōge. Pro diſcordātibus
Et pax dei q̄ exupat oēz ſenſuz cu/
ſtodiat corda ⁊ corpa nr̄a in pace.
Pro aduerſantib⁹ ⁊ calūnianti/
bus nos. Dñe ieſu xp̄e ne ſtatuas
illis h̄ pctm̄. Pro penitētib⁹. Con
uertē dñe vſqꝫ q̄: ⁊ depcabil' eſto ſu
per ſuos tuos. Pro oibus nobiſ
bona faciētib⁹. Retribuere digñre
oib⁹ nob bona facientib⁹ ꝓpter no
mē ſctm̄ tuū vitā eternā. Pro in
firmis ⁊ captiuis. Libera eos de⁹
iſrl' ex oibus tribulatōnibus ſuis
Pro fidelib⁹ defunct⁹. Reqēz eter
nā dona eis dñe ⁊ lux ppetua luce
at eis. Reqeſcāt i pace Amē. Pro
pctis ⁊ negligentijs nr̄is. Dñe ne
meminer⁹ iniqtatū nr̄aꝝ antiqꝝ
cito anticipēt nos mīe tue: q̄ꝛ pau
peres facti ſum⁹ nimis. Adiuua
nos ds ſalutaris nr̄. Et ꝓpter glīaz
nois tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpicius
eſto pctis nr̄is ꝓpē nom̄ tuū. Pro
frib⁹ ⁊ ſororib⁹ noſtr⁹. Saluos fac
ſuos tuos ⁊ ancillas tuas ds me
us ſperātes in te. Mitte eis auxili
um de ſctō. Et de ſyon tuere eos.
Eſto nob dñe tris fortitudis. A fa
cie inimici. Dñe exaudi orōez meā
Et clāoꝛ me⁹ ad te veiat. Deinde
legit̄ ps. Miſerere mei. cū Glīa Si
cut erat ꝛc̄. Deinde Alla vel laus
tibi. ſm tp̄s. Deinde Exurge dñe
adiuua nos. Et liba nos ꝓpter no
mē ſctm̄ tuū. Dñe ds vtutū ꝯuer
te nos. Et oñde faciē tuam ⁊ ſalui
erimus. Dñe exaudi. Et clamoꝛ.
Dñs vobiſcū. Et cū. Orem⁹. Col
lecta ſp de dñica ꝓ ꝓximiori pterita cū
cōcluſione. Si tn̄ in aduē. dñi añ. ſu
p bn̄d. fuerit de dñā tūc coll'. erit etiā
de dñā et nō de dñica. Deinde p⁹ cō/
cluſionē coll'. dr Dñs vobiſcū. Bn̄/
dicam⁹ dño. Deo grās. ¶ Poſt hec
dicūtur imediate pces p viuis et de/
functis tm̄ ad matut. ſcꝫ ps. Dñe ex
audi orōnez meā ⁊ clamoꝛ me⁹ ad
te veniat. Re. fo. cū Glīa pri.
Kyriel. ſemel. Xpel. ſel. Kyriel. ſel.
Pater nr̄. Et ne. Deinde Preces.
Domine non ſm pctā nr̄a faci
as nob. Neqꝫ ſm iniqtates
nr̄as retribuas nobiſ. Dñe ne ſit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tradas nos cū pctōrib⁹. Et cū ope
rātibus iniqtatem ne pdas nos.
Saluos fac ſuos tuos ⁊ ancillas
tuas. De⁹ meus ſperantes in te.
Memēto nr̄i dn̄e in bn̄placito po
puli tui. Viſita nos i ſalutari tuo.
Memor eſto congregatiōis tue.
Quā poſſidiſti ab initio. Ne in/
tres in iudiciū cū ſeruis tuis ⁊ an
cillis tuis dn̄e. Quia nō iuſtifica/
bitur in ɔſpectu tuo oīs viuens.
Non nob dn̄e nō nob Sed nomi
tuo da gloriā. Dn̄e exaudi oratio
nē meā. Et clamor. Dn̄s vobiſcū
Et cū ſpū tuo. Oremus. Collecta.

Deus cui ꝓpriū eſt miſereri ſp
⁊ parcē: maieſtatē tuā ſup/
pliciter depcamur: vt nobis indi
gnis famulis tuis: pcib⁹ dei geni
tricis marie veniā nr̄oꝝ largiri
digneris pctōꝝ: ⁊ famulis ac fa/
mulab⁹ tuis viuis ac defunctis: q̊
rū noīa ſcripta in libro vite tenen
tur: ⁊ ꝓ quib⁹ tuā exorare decreui
mus miſcōiā; interuētu oīm ſup
noꝝ ciuiū: cūctaꝝ ꝓpicius indulgē
tiā culpaꝝ: ⁊ plenitudinē eterno/
rū largiaris gaudioꝝ. Per eund̄
xp̄um dn̄m nr̄m Amen. ¶ Deinde
ſurgēdo dicunt̄ ſuffra. cōſueta vide/
licet ꝓ aduen. de dn̄a. Spūſſanct⁹.
cū ſuo v̄. et coll'. et de oībus ſctis vti
loco ſuo. niſi ordinari⁹ de aduē. alit̄
docuerit et nō plus. Ab octa. epi. vſ/
qꝫ ad feſtū purificatiōis ſequit̄ poſt
coll'. p̄dictā. De⁹ cui. Suffra. de do-
mia ſcꝫ Germiauit. cū ſuo v̄. et coll'
vt infra in ſuffra. conſuetis. Dein/
de d̄ ſctō Petro Solue iubēte. cū ce/
teris ſuffra. ſ. d̄ regibus. Pro pace et
de ſctis etiā vt infra in ſuffra. cōſue.

et nō plus. Sꝫ a feſto purificatiōis
vſqꝫ ad diē cinerum d̄r de dn̄a ſuffra.
Alma v̄go. cū ceteris ſuff. iā. ſ. nota
tis et nō pl⁹. In. xl. d̄r p⁹ p̄dictā col
lectā. De⁹ cui. tm̄ ſuff. de feria et non
pl⁹ ¶ Ab oct. penth. vſqꝫ ad aduen.
dn̄i imediate p⁹ cōcluſionē p̄dicte col
lecte ſcꝫ De⁹ cui ꝓpri. d̄r ſuff. d̄ ſancta
cruce ſcꝫ. Per ſignū crucis de ini/
mic⁹ nr̄is liba nos d̄s nr̄. ℣. Oīs
terra adoret te ⁊ pſallat tibi. Pſal
mū dicat noī tuo dn̄e. Deinde Ky
riel. ſcl'. Xpel. ſcl'. Kyriel. ſcl'. Pater
nr̄. Et ne. Deinde. v̄. Crucē tuā
adoram⁹ dn̄e. Et ſctā reſurrectio
nē tuā laudam⁹ ꝑ quā redēpti ſu
m⁹. ℣. Salua nos xp̄e ſaluator
ꝑ virtutē crucis. Qui ſaluaſti pe/
trū in mari miſerē nobis. Deinde
Orem⁹. ſine Dn̄s vobiſcū. Coll'a.
De⁹ qui crucē ſanctā aſcendiſti ſi
ne cōclnſione. Deinde de dn̄a ſuffr.
Alma v̄go. cū ceteris ſuff. cōſuet⁹ vt
infra p⁹ cōmune ſctōꝝ habentur.
¶ Ita ſuant̄ ſinglis diebus feriat⁹
p̄ces p̄dicte qn̄ noct. cū precib⁹ ſeruat̄
ad matut. in maiori eccl'ia Colon̄. ab
aduētu dn̄i vſqꝫ ad natiuitatē dn̄i
et ab oct. epi. vſqꝫ ad cenā dn̄i. et ab
octa. penth. vſqꝫ ad aduentū dn̄i.
¶ Itē ad pri. et ad ceteras horas Re
quire infra p⁹ laud. diei ſabbati ⁊c.

## Feria.iij. ad matuti.

¶ Itē feria tercia ad mat. ab oct. epi
ph. qn̄ noct. ſeruat̄ vſqꝫ ad cenā dn̄i.
et ab oct. pēth. vſqꝫ ad aduē. dn̄i d̄r
i hac feria Inuit. Iubilemus deo
Salutari nr̄o. Deīde pſ. Venite.
Deinde dicto Inuit. dicuntur. pſ.
añ. et v̄ſ. vt infra.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Ps. xxxviij.
DIxi cuſtodiã
vias meas: vt nõ de/
linquã i lingua mea.
Poſui ori meo cuſto
diam: cum ↄſiſteret peccatoꝛ ad/
uerſum me. Obmutui ⁊ humili/
atus ſum et ſilui a bonis: et doloꝛ
meus renouatus eſt. Concaluit
coꝛ meũ intra me: ⁊ in meditatiõe
mea exardeſcet ignis. Locutus
ſum in lingua mea: notũ fac mi/
hi dñe finem meũ. Et numerꝫ die
rũ meoꝝ quis eſt: vt ſciã quid de-
ſit mihi. Ecce mẽſurabiles poſui
ſti dies meos: ⁊ ſubſtãtia mea tã/
ꝗ̃ nihilum ante te. Verũtamen
vniuerſa vanitas: ois hõ viuens
Verũtamẽ in imagine ptranſit
homo: ſed ⁊ fruſtra conturbatur.
Thezauriſat: ⁊ ignoꝛat cui ↄgre
gabit ea. Et nunc que eſt expecta
tio mea. nõne dominꝰ: ⁊ ſubſtãtia
mea apð te eſt. Ab oibus iniqui/
tatibꝰ meis erue me: obpꝛobriũ
inſipienti dediſti me Obmutui ⁊
nõ aperui os meum qm̃ tu feciſti:
ãmoue a me plagas tuas. A foꝛ
titudine manꝰ tue ego defeci i in/
crepatõnibꝰ: ꝓpter iniquitatẽ coꝛ
ripuiſti hoiem. Et tabeſcere feci/
ſti ſicut araneã aiam eiꝰ: verũta/
mẽ vane ↄturbatur omis hõ. Ex
audi oꝛationẽ meã dñe ⁊ depꝛeca/
tionẽ meã: auribus ꝑcipe lachꝛy
mas meas. Ne ſileas quoniam
aduena ego ſum apud te: ⁊ pere/
grinꝰ ſicut oẽs pr̃es mei. Remit
te mihi vt refrigerer: ꝑuſꝗ̃ abeã
et amplius nõ ero. ¶Ps. xxxix.

EXpectans expectaui dñm: et
intendit mihi. Et exaudiuit
ꝑces meas: ⁊ eduxit me ð lacu mi
ſerie ⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſu/
pꝛa petra; pedes meos: ⁊ direxit
greſſus meos. Et immiſit in os me
um canticũ nouũ: carmẽ deo no/
ſtro. Videbũt multi ⁊ timebunt:
et ſperabũt in dño. Beatꝰ vir cu/
ius eſt nomẽ dñi ſpes eius: et nõ
reſpexit in vanitates et inſanias
falſas. Multa feciſti tu dñe deus
meꝰ mirabilia tua: ⁊ cogitationi
bus tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annũciaui ⁊ locutꝰ ſum: multi/
plicati ſunt ſup numerũ. Sacri/
ficiũ et oblationẽ noluiſti: aures
autẽ ꝑfeciſti mihi. Holocauſtũ ⁊
ꝓ peccato nõ poſtulaſti: tunc dixi
ecce venio. In capite libri ſcriptũ
eſt de me vt facerẽ volũtatẽ tuã:
deus meꝰ volui ⁊ legẽ tuã in me/
dio coꝛdis mei. Annũciaui iuſtici
am tuã in eccl'ia magna: ecce la/
bia mea nõ ꝓhibebo dñe tu ſciſti.
Iuſticiã tuam nõ abſcondi in coꝛ
de meo: veritatem tuã ⁊ ſalutare
tuũ dixi. Non abſcondi miſcðiã
tuã ⁊ veritatẽ tuam: a ↄſilio mul
to. Tu aũt dñe ne lõge facias mi
ſeratiões tuas a me: miſcðia tua
⁊ veritas tua ſp ſuſceperunt me.
Qm̃ circũdederũt me mala quo/
rũ nõ eſt nũerus: cõpꝛehenderũt
me iniqtates mee ⁊ nõ potui vt vi
derẽ. Multiplicati ſunt ſup capil/
los capitis mei: ⁊ coꝛ meũ dereli
qt me. Cõplaceat tibi dñe vt eru/
as me: dñe ad adiuuandũ me re/
ſpice. Cõfundant ⁊ reuereantur
ſil' qui querũt aiam meã: vt auſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rant eã. Conuertãtur retroꝛſum
et reuereant̄: qui volũt mihi ma
la. Ferãt ꝯfeſtim ꝯfuſionē ſuaꝫ:
qui dicunt mihi euge euge. Exul
tent ⁊ letentur ſup̲ te oēs q̄rentes
te: ⁊ dicãt ſemꝑ magnificet̄ dñs q̄
diligũt ſalutare tuũ Ego aũt mē
dicus ſum ⁊ pauꝑ: dñs ſolicitus ē
mei. Adiutoꝛ meꝰ ⁊ ꝓtectoꝛ meꝰ
tu es: ds̄ meꝰ ne tardaueris. Glo
ria. Añ. Ut nõ derelinquã in lin
gua mea.

B Eatus ¶ Pſ. xl.
q̄ intelligit ſup̲ egenũ ⁊ pau
perē: in die mala liberabit eũ do/
minus. Dñs ꝯſeruet eũ ⁊ viuifi/
cet eũ. ⁊ beatũ faciat eũ in terra: ⁊
nõ tradat eũ in aĩaꝫ inimicoꝝ eiꝰ.
Dñs opē ferat illi ſup̲ lectũ dolo/
ris eiꝰ: vniuerſum ſtratũ eiꝰ ver/
ſaſti in infirmitate eius. Ego dixi
dñe miſerere mei: ſana aĩam me/
am q̄ꝛ peccaui tibi. Inimici mei
dixerũt mala mihi: qñ morietur
⁊ peribit nomē eiꝰ. Et ſi ingredie
batur vt videret: vana loquebat̄
coꝛ eiꝰ. ꝯgregauit iniquitatē ſibi.
Egrediebat̄ foꝛas: ⁊ loq̄bat̄ in id
ipm. Aduerſum me ſuſurrabãt
oēs inimici mei: aduerſum me co
gitabãt mala mihi. Uerbum ini
quũ ꝯſtituerũt aduerſum me: nũ
quid qui doꝛmit nõ adiĳciet vt re/
ſurgat. Etenī hõ pacis mee ī quo
ſperaui: qui edebat panes meos
magn̄ificauit ſup̲ me ſupplãtatiõeꝫ.
Tu aũt dñe miſerere mei ⁊ reſu/
ſcita me: ⁊ retribuã eis In hoc co
gnoui q̄m voluiſti me: quoniã nõ
gaudebit inimicꝰ meus ſup̲ me.
Me aũt ꝓpter innocentiã ſuſcepi/
ſti: ⁊ ꝯfirmaſti me in ꝯſpectu tuo
in eternũ Bñdictus dñs deꝰ iſrł a
ſc̄lo ⁊ vſq̄ in ſc̄lm: fiat fiat.

Q Uemadmodũ ¶ Pſ. xlj.
deſiderat ceruus ad fontes aqua
rũ: ita deſiderat aĩa mea ad te ds̄
Sitiuit aĩa mea ad deũ fontē vi/
uũ: qñ veniã et apparebo ante fa
ciem dei. Fuerũt mihi lachꝛyme
mee: panes die ac nocte: dũ dicit̄
mihi q̄tidie vbi eſt deꝰ tuus. Hec
recoꝛdatꝰ ſum et effudi in me ani/
mã meã: quoniã tranſibo in locũ
tabnaculi admirabilis vſq̄ ad do
mũ dei. In voce exultatiõis et cõ/
feſſionis: ſonus epulantis. Qua
re triſtis es aĩa mea: et quare con
turbas me. Spera in deo quoni
am adhuc cõfitebor illi: ſalutare
vultus mei et deus meꝰ. Ad me
ipm aĩa mea ꝯturbata ē: ꝓpterea
memoꝛ ero tui de terra ioꝛdanis
et hermonĳ a mõte modico. Ab/
yſſus abyſſuꝫ inuocat: in voce ca/
tharactarũ tuarum. Omnia ex/
celſa tua et fluctus tui: ſuper me
tranſierũt. In die mandauit do/
minus miſc̄diam ſuã: ⁊ nocte cã/
ticum eius. Apud me oꝛatio deo
vite mee: dicam deo ſuſceptoꝛ me
us es. Quare oblitus es mei. ⁊ q̄/
re contriſtatus incedo: dum affli
git me inimicus. Dum confrin/
guntur oſſa mea exꝓbꝛauerũt
mihi: q̄ tribulant me inimici mei
Dum dicunt mihi per ſingulos
dies. vbi eſt deus tuus: quare tri/
ſtis es anima mea et quare con/
turbas me. Spera in deo quoni
am adhuc confitebor illi: ſaluta/
re vultꝰ mei ⁊ deus meus. Glo/
ria. pa. Añ. Sana domine ani/

mam meam quia peccaui tibi.
D Eus auribus ¶ Ps. xliij.
nr̄is audiuimꝰ: patres no/
ſtri annūciauerūt nobis. Opus
qđ opatus es in diebꝰ eoꝝ: ⁊ ī die/
bus antiquis. Manus tua gētes
diſperdidit ⁊ plantaſti eos: afflixi
ſti pplos ⁊ expuliſti eos. Nec em̄
in gladio ſuo poſſederūt terrā: et
brachiū eorum non ſaluauit eos.
Sed dextera tua ⁊ brachiū tuū ⁊
illūīnatio vultꝰ tui: qm̄ ꝯplacui/
ſti in eis. Tu es ipſe rex meꝰ ⁊ dˢ
meꝰ: q̇ mādas ſalutes iacob In te
inimicos nr̄os ventilabimꝰ cornu
⁊ ī noīe tuo ſpernemꝰ inſurgētes
in nobꝭ. Non em̄ in arcu meo ſpe
rabo: ⁊ gladius meꝰ nō ſaluabit
me. Saluaſti em̄ nos de affligen
tibus nos: ⁊ odiētes nos ꝯfudiſti.
In deo laudabimur tota die: ⁊ in
noīe tuo ꝯfitebimur ī ſclm̄. Nūc
aūt repuliſti ⁊ ꝯfudiſti nos: et nō
egredieris deꝰ in virtutibꝰ nr̄is.
Auertiſti nos retrorſum poſt in/
imicos nr̄os: ⁊ qui oderūt nos di/
ripiebant ſibi. Dediſti nos tanq̄
oues eſcarū: et in gentibꝰ diſper/
ſiſti nos. Vendidiſti pplm̄ tuū ſi
ne p̄cio: ⁊ nō fuit multitudo in cō
mutationibꝰ eoꝝ. Poſuiſti nos
obprobriū vicinis noſtris: ſubſan
nationē ⁊ deriſum his q̇ in circui
tu nr̄o ſunt. Poſuiſti nos in ſili/
tudinē gentibꝰ: cōmotionē capitꝭ
in pplis. Tota die verecūdia mea
ꝯtra me eſt: ⁊ ꝯfuſio faciei mee co
operuit me. A voce exprobrātis
⁊ obloquētis: a facie inimici ⁊ pſe
quētis. Hec oīa venerunt ſuper
nos: nec obliti ſumꝰ te ⁊ inique nō
egimꝰ in teſtamēto tuo. Et nō re
ceſſit retro cor nr̄oꝝ: ⁊ declinaſti ſe
mitas nr̄as a via tua. Qm̄ humi
liaſti nos in loco afflictionis: ⁊ co
operuit nos vmbra mortꝭ. Si ob
liti ſumꝰ nomē dei nr̄i: ⁊ ſi expan/
dimus manus nr̄as ad deuꝫ alie/
nū. Nōne deꝰ req̇ret iſta: ipe em̄
nouit abſcondita cordis. Qm̄ ꝓ/
pter te mortificamur tota die: eſti
mati ſumꝰ ſicut oues occiſionis.
Exurge quare obdormis dn̄e: ex
urge ⁊ ne repellas in finē. Qua/
re faciē tuā auertis: obliuiſceris
inopie nr̄e ⁊ tribulatōis nr̄e Qm̄
humiliata eſt in puluere aīa nr̄a:
ꝯglutinatus ē in terra venterꝰ no
ſter. Exurge dn̄e adiuua nos: et
redime nos ꝓpter nomē tuum.
E Ructauit cor ¶ Ps. xliiij.
meum verbum bonuꝫ: dico
ego opa mea regi. Lingua mea
calamus ſcribe: velociter ſcriben
tis. Specioſus forma p̄ filijs ho/
minuꝫ diffuſa eſt gratia in labijs
tuis: propterea benedixit te deus
in eternuꝫ. Accingere gladio tuo
ſuper femur tuū: potentiſſime.
Specie tua ⁊ pulchritudine tua:
intēde proſpere procede ⁊ regna.
Propt̄ veritatē ⁊ māſuetudinē
⁊ iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter
dextā tua Sagitte tue acute: pplī
ſb te cadent ī corda inimicoꝝ regꝭ.
Sedes tua deus in ſeculum ſecu
li: virga directionis virga regni
tui. Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti ini
quitatem: propterea vnxit te de/
us deus tuus oleo leticie p̄re con/
ſortibus tuis. Mirrha et gutta et
caſia a veſtimentis tuis a domi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus eburneis: ex quibus delecta
uerunt te filie regum in honoꝛe
tuo. Aſtitit regina a dextris tuis
i veſtitu deaurato: circūdata va/
rietate. Audi filia ⁊ vide et incli/
na aurē tuā: et obliuiſcere ppłm
tuū ⁊ domū patris tui. Et ꝯcupi/
ſcet rex decoꝛē tuū: qm̄ ipſe eſt dn̄s
deꝰ tuus ⁊ adoꝛabunt eū. Et filie
tyri in muneribꝰ: vultū tuū dep̄
cabūtur oēs diuites plebis. Oīs
gloꝛia eiꝰ filie regis ab intꝰ in fim
brijs aureis: circūamicta varieta
tibus. Adducētur regi virgines
poſt eā: ꝓxime eiꝰ offerentur tibi.
Offerētur in leticia ⁊ exultatiōe:
adducētur in templū regis. Pro
patribꝰ tuis nati ſunt tibi filij: cō/
ſtitues eos principes ſup oēm ter
rā. Memoꝛ ero nomīs tui dn̄e: in
oīm generatiōe ⁊ generationem.
Propterea ppłi ꝯfitebunt᷑ tibi in
eternū: et in ſecłm ſeculi. Gloꝛia.
Añ. Eructauit coꝛ meū verbum
bonum. ¶ Ps. xlv.
DEus noſter refugiū ⁊ virtꝰ:
adiutoꝛ in tribulationibus
que inuenerūt nos nimis. Pro/
pterea nō timebimꝰ dū turbabit᷑
terra: et transferent᷑ mōtes in coꝛ
maris. Sonuerūt ⁊ turbate ſūt
aque eoꝝ: ꝯturbati ſunt montes
in foꝛtitudīe eiꝰ. Fluminis impe
tus letificat ciuitatē dei: ſanctifi/
cauit tabnaculū ſuū altiſſimus.
Deus in medio eiꝰ nō commoue
bitur: adiuuabit eā deꝰ mane di/
luculo. Conturbate ſunt gentes
⁊ inclinate ſunt regna: dedit vocē
ſuā mota eſt terra. Dn̄s virtutū
nobiſcū: ſuſceptoꝛ noſter ds̄ iacob

Venite ⁊ videte opa dn̄i que po/
ſuit ꝓdigia ſup terrā: auferēs bel
la vſqꝫ ad finē terre. Arcū ꝯteret
⁊ cōfringet arma: ⁊ ſcuta ꝯburet
igni. Vacate ⁊ videte qm̄ ego ſū
deꝰ: exaltaboꝛ in gētibus. ⁊ exalta
boꝛ in terra. Dn̄s virtutū nobiſ/
cū: ſuſceptoꝛ noſter deꝰ iacob.
OMnes gētes ¶ Ps. xlvi.
plaudite manibꝰ: iubilate
deo in voce exultatiōis. Qm̄ dn̄s
excelſus terribilis: rex magnꝰ ſu/
per oēm terram. Subiecit ppłos
nob: ⁊ gētes ſub pedibꝰ nr̄is. Ele
git nobis hereditatē ſuā: ſpeciem
iacob quā dilexit. Aſcēdit deꝰ i iu/
bilo: et dn̄s in voce tube. Pſalli/
te dō nr̄o pſallite: pſallite regi no
ſtro pſallite. Qm̄ rex oīs terre de/
us: ſallite ſapiēter. Regnabit de
us ſup gētes: deꝰ ſedet ſup ſedem
ſctām ſuā. Principes ppłoꝝ ꝯgre
gati ſunt cū deo abꝛaā: qm̄ dij foꝛ/
tes terre vehemēter eleuati ſunt.
Gła. Añ. Adiutoꝛ i tribulatōibꝰ.
MAgnꝰ dn̄s ⁊ lau ¶ Ps. xlvij.
dabilis nimis: in ciuitate dei
nr̄i in monte ſctō eiꝰ. Fundat᷑ ex/
ultatione vniuerſe terre: mōs ſy
on latera aquilonis ciuitas regiſ
magni. Deꝰ in domibꝰ eius cog/
ſcetur: cū ſuſcipiet eā. Qm̄ ecce re
ges ꝯgregati ſunt: ꝯuenerunt in
vnū. Ipſi videntes ſic ammirati
ſunt cōturbati ſunt cōmoti ſunt:
tremoꝛ apprehendit eos. Ibi dolo
res vt parturientis: in ſpū vehe/
menti ꝯteres naues tharſis. Si/
cut audiuimꝰ ſic vidimꝰ i ciuitate
dn̄i virtutū: in ciuitate dei nr̄i deꝰ
fundauit eam in eternū. Suſce/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p̄imus deus miſcdiaꝫ tuã : in me/
dio templi tui. Scd̃m nomē tuũ
deꝰ ſic ⁊ laus tua in fines terre: iu
ſticia plena eſt dextera tua. Lete
tur mons ſyon ⁊ exultent filie iu/
de: ꝓpter iudicia tua dñe. Circun
date ſyon ⁊ complectimini eã: nar
rate in turribꝰ eius. Ponite cor/
da veſtra ī virtute eiꝰ: ⁊ diſtribui/
te domos eiꝰ vt enarretis in ꝓge/
nie altera. Quoniã hic eſt deꝰ d̄s
noſter ineternũ ⁊ in ſc̄lm ſecl̄i: ip̄e
reget nos in ſecula. ¶ Ps. xlviij.

Audite hec oēs gentes: auri/
bus ꝑcipite oēs qui habita/
tis orbem. Quiq; terrigine ⁊ filij
hoim: ſimul in vnũ diues ⁊ pauꝑ
Os meũ loquetur ſapiam: ⁊ me/
ditatio cordis mei prudentiã. In/
clinabo in parabolã aurē meaꝫ:
aperiã in pſalterio ꝓpoſitionē me
am. Cur timebo in die mala: ini/
q̄tas calcanei mei circũdabit me.
Qui ꝯfidunt in virtute ſua: ⁊ in
multitudine diuitiarũ ſuarũ glo
riantur. Frater nõ redimit redi
met hõ: ⁊ nõ dabit deo placatiõeꝫ
ſuã. Et preciũ redēptiõis aïe ſue:
⁊ laborabit ineternũ. ⁊ viuet ad/
huc in finē. Nõ videbit interitũ:
cũ viderit ſapiētes moriētes. Si
mul inſipiens ⁊ ſtultꝰ peribũt: et
relinquent alienis diuitias ſuas.
Et ſepulchra eoꝝ domꝰ illoꝝ ine/
ternũ: tabnacula eoꝝ in ꝓgenie
⁊ ꝓgenie vocauerunt noīa ſua in
terris ſuis. Et hõ cũ in honore eſ/
ſet nõ intellexit cõparatus eſt iumē/
tis inſipiētibus: ⁊ ſilis factꝰ eſt il/
lis. Hec via illoꝝ ſcãdalum ip̄is:
⁊ poſtea in ore ſuo ꝯplacebũt. Si
cut oues ī inferno poſiti ſũt: mors
depaſcet eos. Et dñabuntur eo/
rũ iuſti in matutino: et auxilium
eoꝝ veteraſcet in inferno a gloria
eoꝝ. Verũtamē deꝰ redimet ani/
mã meã de manu inferi: cũ acce/
perit me. Ne timueris cũ diues
factꝰ fuerit hõ: ⁊ cũ multiplicata
fuerit gloria domꝰ eiꝰ. Qm̄ cũ in/
terierit non ſumēt oïa: neq; deſcē
det cũ eo gloria eiꝰ. Quia aïa eiuſ
in vita ipſiꝰ bñdicetur: ꝯfitebitur
tibi cũ bñfeceris ei. Introibit vſ/
q; in ꝓgenies patrũ ſuoꝝ: ⁊ vſq; ī
eternũ non videbit lumē. Hõ cũ
in honore eſſet. nõ intellexit. cõpa
tus ē iumētis inſipiētibus: ⁊ ſilis
factꝰ eſt illis. Gł'a. Añ. Auribus
ꝑcipite q̄ habitatꝭ orbē. ¶ Ps. xlix.

Deus deorũ dñs locutus eſt:
⁊ vocauit terraꝫ. A ſolis or/
tu vſq; ad occaſuꝫ: ex ſyon ſpecies
decoris eiꝰ. Deus manifeſte veni
et: dñs noſter ⁊ nõ ſilebit. Ignis
in ꝯſpectu eiꝰ exardeſcet: ⁊ in cir/
cuitu eiꝰ tēpeſtas valida. Aduo/
cauit celũ deſurſuꝫ: et terrã diſcer
nere ꝑplm ſuum. Congregate illi
ſctõs eiꝰ: q̄ ordināt teſtamentũ eiꝰ
ſuꝑ ſacrificia. Et annũciabũt celi
iuſticiã eiꝰ: qm̄ deꝰ iudex ē. Audi
ꝑplꝰ meꝰ ⁊ loquar. iſrł ⁊ teſtifica
bor tibi: deꝰ d̄s tuus ego ſuꝫ. Nõ
in ſacrificijs tuis arguã te: holo/
cauſta aũt tua ī ꝯſpectu meo ſunt
ſemꝑ. Nõ accipiã d̄ domo tua vi
tulos: neq; de gregibꝰ tuis hircos
Qm̄ mee ſunt oēs fere ſiluaꝝ: iu
menta in mõtibus et boues. Co/
gnoui omnia volatilia celi: ⁊ pul
chritudo agri mecum eſt. Si eſu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riero non dicā tibi: me⁹ eſt em̄ or/
bis terre ⁊ plenitudo ei⁹ Nunq̄d
manducabo carnes tauroꝝ: aut
ſanguinē hircoꝝ potabo. Immo
la deo ſacrificiū laudis: ⁊ redde al
tiſſimo vota tua. Et inuoca me ī
die tribulationis eruā te: ⁊ hono
rificabis me. Peccatori aūt dixit
de⁹. q̄re tu enarras iuſticias me/
as: ⁊ aſſumis teſtamen tū meū p
os tuū Tu vero odiſti diſciplinā:
⁊ pieciſti ſermones meos retror/
ſum. Si videbas furē currebas
cū eo: ⁊ cū adulteris portionē tuā
ponebas. Os tuū abūdauit ma/
licia: ⁊ lingua tua cōcinnabat do/
los. Sedens aduerſus fratrē tu/
um loquebaris. ⁊ aduerſus filiuꝫ
matris tue ponebas ſcandalum:
hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtimaſti ini/
que ꝙ ero tui ſimilis: arguam te
⁊ ſtatuā ꝯtra faciē tuā. Intelligi/
te hec qui obliuiſcimini deum: ne
quādo rapiat et non ſit qui eripi/
at. Sacrificium laudis honorifi/
cabit me: et illic iter quo oſtendaꝫ
illi ſalutare dei. ¶ Ps̄. lj.

Quid gloriaris in malicia: q̄
potēs es in iniq̄tate. Tota
die iniuſticiā cogitauit ligua tua:
ſicut nouacula acuta feciſti doluꝫ
Dilexiſti maliciā ſup benignita/
tē: iniq̄tatē magis loq̄ q̄ȝ equitatē
Dilexiſti oīa verba p̄cipitatiōis:
lingua doloſa. Propterea de⁹ de
ſtruet te ī finē euellet te ⁊ emigra/
bit te de tabnaculo tuo: ⁊ radiceꝫ
tuā de terra viuentiū. Videbunt
iuſti ⁊ timebūt: ⁊ ſup eū ridebūt ⁊
dicēt ecce hō qui nō poſuit deū ad/
iutorē ſuū. Sed ſperauit in mul/
titudīe diuitiarū ſuaꝝ: ⁊ p̄ualuit
in vanitate ſua. Ego aūt ſicut oli
ua fructifera in domo dei: ſpera/
ui in miſcōia dei ineternū ⁊ in ſe/
culū ſcl'i. Cōfitebor tibi in ſcl'm q̄
feciſti: ⁊ expectabo nomē tuū q̄m̄
bonū eſt in ꝯſpectu ſctōꝝ tuorum
Gloria. Añ. Deus deoꝝ dn̄s lo/
cutus eſt. ℣. Immola deo ſacrifi/
ciū laudis. Et redde altiſſimo vo/
ta tua. Pater noſter ⁊c̄. Ad laud.
℣. Fiat miſcōia. vts̄.

## Ad laud. tercijs ferijs

Sup. ps. Miſerere mei Añ. Scōm
magnā miſcōiam tuaꝫ miſerere
mei deus. Deinde. ¶ Ps̄. xlij.

Iudica me deus et diſcerne
cauſam meā de gente non
ſancta: ab homīe iniquo ⁊
doloſo erue me. Quia tu es deus
fortitudo mea: q̄re me repuliſti ⁊
q̄re triſtis incedo dum affligit me
inimicus. Emitte lucē tuā ⁊ ve/
ritatē tuā: ipa me deduxerūt ⁊ ad
duxerūt in montē ſanctū tuū ⁊ in
tabnacula tua. Et introibo ad al
tare dei: ad deū qui letificat iuuē/
tutē meā. Cōfitebor tibi in citha/
ra de⁹ deus me⁹: q̄re triſtis es aīa
mea ⁊ quare ꝯturbas me. Spe/
ra in deo q̄m̄ adhuc cōfitebor illi:
ſalutare vult⁹ mei ⁊ deus meus.
Gloria. Añ. Salutare vult⁹ mei
ds̄ me⁹. Deinde ps. De⁹ deus me⁹
vts̄ fo. vj. Añ. Sitiuit ī te anima
mea de⁹ meus. ¶ Canticū Eſaie. c.
xxxviij.

Ego dixi in dimi-
dio dieꝝ meoꝝ: vadā ad por
tas inferi. Queſiui reſiduū anno
rū meoꝝ: dixi nō videbo dn̄m deū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in terra viuentiũ. Non aſpiciã
hoiem vltra: ⁊ habitatorẽ quietꝭ.
Generatio mea ablata eſt ⁊ ꝯuo
luta ẽ a me: q̃ſi tabnacula paſtoꝝ
Preciſa eſt velut a texente vita
mea dũ adhuc ordirer ſuccidit me:
d̃ mane vſqꝫ ad veſperã finies me
Sperabã vſqꝫ ad mane: q̃ſi leo
ſic ꝯtriuit oĩa oſſa mea De mane
vſqꝫ ad veſperam finies me: ſicut
pullus hirũdinis ſic clamabo me
ditabor vt colũba. Attenuati ſũt
oculi mei: ſuſpicientes in excelſo.
Domine vim patior reſpõde pro
me q̃d dicã aut q̃d rñdebit mihi:
cũ ipſe fecerim. Recogitabo oẽs
annos meos: in amaritudine aĩe
mee. Dñe ſi ſic viuitur ⁊ in talibꝰ
vita ſpũs mei corripies me ⁊ viui
ficabis me: ecce in pace amaritu
do mea amariſſima. Tu autem
eruiſti aĩaꝫ meã vt nõ periret: ꝓie
ciſti poſt tergũ tuũ omia peccata
mea. Quia nõ infernus ꝯfitebit
tibi neqꝫ mors laudabit te: non ex
ſpectabũt q̇ deſcendunt in lacũ ve
ritatẽ tuã. Uiuẽs viuens ipſe cõ
fitebitur tibi ſicut ⁊ ego hodie: pr̃
filijs notã faciet veritatem tuam
Dñe ſaluũ me fac: ⁊ pſalmos no
ſtros cantabimꝰ cũctis diebꝰ vite
nr̃e in domo dñi. Gl̃a. Añ. Cun
ctis diebꝰ vite nr̃e ſaluos fac nos
dñe. Deinde ps. laudate dñm de
cel. vtš. fo. vij. Añ. In excelſ lau
date deũ. ¶ Sequitur Hymnus.

Ales diei nunciꝰ lucẽ ꝓpinquã
precinit nos excitator menti
um iã xp̃us ad vitã vocat. Aufer
te clamat lectulos egro ſopore de
ſides caſteqꝫ recte et ſobrie vigila
te iã ſum ꝓximꝰ. Ieſum ciamus
vocibus flẽtes ꝓcantes ſobrie in
tẽta ſupplicatio dormire cor mun
dũ vetat. Tu xp̃e ſomnũ diſſice
tu rumpe noctis vincula tu ſolue
pctm̃ vetus nouũqꝫ lumẽ ingere.
Deo pr̃i. Capm. Empti em̃ eſtis
cum v. vtš. feria. ij. ¶ Sup bened
Añ. Erexit dñs nob cornu ſalutis
in domo dauid pueri ſui. Kyriel.
cũ precibꝰ ⁊c. ꝑ oĩa vtš. feria ſcd̃a.

## Feria.iiij. ad matuti.

q̃n noct. ſeruat̃ ab oct. epiph. vſqꝫ ad
cenã dñi et pꝰ oct. penth. vſqꝫ ad ad
uentũ dñi Inuitat. In manu tua
dñe. Om̃es fines terre. ps. Veni
te exultemꝰ ⁊c. ¶ Ps. lij.

Dixit inſipiens
in corde ſuo: nõ eſt d̃s
Corrupti ſunt ⁊ abo
minabiles facti ſunt
in iniquitatibꝰ: nõ eſt q̇ faciat bo
nũ. Deus de celo ꝓſpexit ſup fili
os hoim: vt videat ſi ẽ intelligẽs
aut requirens deũ. Om̃es decli
nauerũt ſimĩ inutiles facti ſunt:
nõ eſt q̇ faciat bonũ: nõ eſt vſqꝫ ad
vnũ. Nõne ſcient oẽs qui opant̃
iniquitatẽ: qui deuorãt plebẽ me
am vt cibũ panis. Deũ non inuo
cauerũt illic trepidauert̃ timore:
vbi nõ erat timor Qm̃ deꝰ diſſipa
uit oſſa eoꝝ qui hoibus placẽt: cõ
fuſi ſũt qm̃ deꝰ ſpreuit eos. Quis
dabit ex ſyõ ſalutare iſrl̃. cũ auer
terit deꝰ captiuitatẽ plebis ſue: ex
ultabit iacob ⁊ letabitur iſrl̃.

Exaudi deꝰ oratio ¶ Ps. liiij.
nẽ meã ⁊ ne deſpexeris dep
catiõnẽ meã: intẽde mihi ⁊ exau

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

di me. Contriſtatus ſum in exer/
citatione mea: ⁊ ꝯturbatꝰ ſum a
voce inimici ⁊ a tribulatione pec/
catoris. Quoniā declinauerūt in
me iniq̄tates: ⁊ i ira moleſti erāt
mihi Cor meū ꝯturbatū ē in me:
et formido mortis cecidit ſup me.
Timor ⁊ tremor venerīt ſup me:
⁊ ꝯtexerūt me tenebre. Et dixi q̄s
dabit mihi pēnas ſicut colūbe: et
volabo ⁊ requieſcā. Ecce elonga/
ui fugiēs: ⁊ māſi in ſolitudie. Ex
pectabā eū q̄ ſaluū me fec: a puſil
lanimitate ſpūs ⁊ tēpeſtate Pre
cipita dn̄e diuide linguas eorum:
qm̄ vidi iniquitatē ⁊ ꝯtradictiōez
in ciuitate. Die ac nocte circūda/
bit eū ſup muros eiꝰ iniquitas: et
labor in medio eius ⁊ iniuſticia.
Et non defecit de plateis eiꝰ vſu/
ra ⁊ dolus. Qm̄ ſi inimicus meꝰ
male dixiſſet mihi: ſuſtinuiſſez vti
q̧. Et ſi is qui oderat me ſup me
magna locutus fuiſſet: abſcondiſ/
ſem me forſitan ab eo. Tu vо hō
vnanimis: dux meꝰ ⁊ notus meꝰ
Qui ſimꝯ mecū dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulauimꝰ
cū ꝯſenſu. Ueniat mors ſuper il/
los: ⁊ deſcendāt in infernū viuen
tes. Qm̄ nequitie in habitaculis
eoꝝ: in medio eoꝝ. Ego aūt ad de
um clamaui: et dn̄s ſaluabit me.
Veſpe ⁊ mane et meridie narra/
bo et annūciabo: ⁊ exaudiet vocē
meā. Redimet in pace aīam me
am ab his qui appropinquāt mi/
hi: qm̄ inter multos erat mecum.
Exaudiet deꝰ ⁊ humiliabit illos:
qui eſt ante ſcl'a. Non em̄ eſt illis
cōmutatio ⁊ nō timuerūt deū: ex/
tendit manū ſuam in retribuēdo
Cōtaminauerūt teſtamētuz eiꝰ:
diuiſi ſunt ab ira vultꝰ eius: ⁊ ap
propinquauit cor illiꝰ. Molliti ſūt
ſermones eiꝰ ſup oleū: ⁊ ipſi ſunt
iacula. Iacta ſup dn̄m curā tuā.
⁊ ipſe te enutriet: ⁊ nō dabit inet/
nū fluctuatiōez iuſto. Tu vо deꝰ
deduces eos: in puteū interitus.
Uiri ſanguinū ⁊ doloſi nō dimi/
diabūt dies ſuos: ego autez ſpera
bo in te dn̄e. Glīa. Añ. Auertat
dn̄s captiuitatē plebis ſue.

Miſerere mei deꝰ: ¶ Ps̄. lv.
qm̄ ꝯculcauit me hō: tota die
impugnās tribulauit me. Cōcul
cauerūt me inimici mei tota die:
qm̄ multi bellantes aduerſuz me
Ab altitudie diei timebo: ego ve
ro in te ſperabo. In deo laudabo
ſermones meos in deo ſperabo:
nō timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabanť
aduerſuz me: oēs cogitatiōes eoꝝ
in malū. Inhabitabūt ⁊ abſcon/
dēt: ipi calcaneū meū obſuabūt.
Sicut ſuſtinuerunt aīaz meā ꝓ
nihilo ſaluos facies illos: i ira po
pulos ꝯfringes. Deꝰ vitā meam
annunciaui tibi: poſuiſti lachry/
mas meas in ꝯſpectu tuo. Sicut
⁊ in ꝓmiſſione tua: tūc ꝯuertenť
inimici mei retrorſuz. In quacū/
q̧ die inuocauero te: ecce cogno/
ui qm̄ deꝰ meus es. In deo lauda
bo verbū in dn̄o laudabo ſermo/
nē: in deo ſperaui non timebo q̄d
faciat mihi hō. In me ſunt deꝰ vo
ta tua: que reddā laudatiōes tibi
Qm̄ eripuiſti aīam meā de mor/
te ⁊ pedes meos a lapſu: vt place

am coꝛam deo in lumīe viuentiū.
Miſerere mei deus ¶pſ.lvj
miſerere mei:qm̄ in te ꝯfidit
aīa mea.Et in vmbꝛa alarū tua/
rū ſperabo:donec trāſeat iniqui/
tas.Clamabo ad deū altiſſimū:
deū qui bn̄fecit mihi.Miſit de ce/
lo ⁊ liberauit me:dedit in obpro/
bꝛium ꝯculcātes me.Miſit deus
miſcđiaꝫ ſuā ⁊ veritatē ſuā:⁊ eri/
puit aīam meā de medio catuloꝝ
leonū.doꝛmiui ꝯturbatus.Filij
hoim dētes eoꝝ:arma ⁊ ſagitte ⁊
lingua eoꝝ gladiꝰ acutus.Exal/
tare ſup celos deꝰ:⁊ ſup oēm ter/
rā gloꝛia tua.Laqueū paraue/
runt pedibꝰ meis:et incuruaue/
rūt aīam meā.Foderūt ante fa/
ciē meā foueā:⁊ inciderūt in eam
Paratū coꝛ meū deꝰ paratū coꝛ
meū:cantabo ⁊ pſalmū dicā.Ex
urge gloꝛia mea exurge pſalteri/
um et cithara:exurgaꝫ diluculo.
Cōfitebor tibi in ꝓplis dn̄e:⁊ pſal
mū dicā tibi in gentibꝰ.Qm̄ ma/
gnificata ē vſqꝫ ad celos miſcđia
tua:⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua.
Exaltare ſup celos deꝰ:⁊ ſup om
nē terrā glā tua.Glīa.Añ.Quo
niā in te confidit anima mea.
Si vere vtiqꝫ iuſti ¶pſ.lvij.
ciā loquimini:recte iudica/
te filij hoim.Etem̄ in coꝛde iniq̄/
tates opamī in terra:iniuſticias
manus veſtre ꝯcinnāt.Alienati
ſunt pctōres a vulua:errauerūt
ab vtero locuti ſunt falſa.Furoꝛ
illis ſm̄ multitudinē ſerpentis:ſi
cut aſpidis ſurde:⁊ obturātis au
res ſuas.Que nō exaudiet voceꝫ
incantantiū:⁊ venefici incantan
tis ſapienter.Deus ꝯteret dētes
eoꝝ in oꝛe ipſoꝝ:moles leonū con
fringet dn̄s.Ad nihilū deuenīēt
tanqꝫ aqua decurrens:intēdit ar
cū ſuū donec infirmentur.Sicut
cera que fluit auferent̄:ſuperce/
